Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36552
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

254



illa tumultu gaudens n̄ est industria. s; ex agitate m̄tis
concursacio. & hec n̄ ē q̄es que motu omnē molestiā iudicat.
s; dissolucio & languor. Si inter ueniunt quedam que c̄suetudo
fecit archana. cū amico om̄s curas. om̄s cogitaciones tuas
misce fidele si putaueris. Nam quidā fallere
docuer̄. dū falli timent. Quid ē g̊. Quare ulla uer-
ba corā amico meo retraham. Quidā que tantū amicis
sunt cōmittenda. cunctis narrant. Quidā autē karissimor̄
conscientiā formidant. & interius p̄munt om̄e secretum.
Difficile est animū p̄ducere ad contēptionē anime. Non ui-
des quā ex friuolis causis c̄tēpnat̄. Alius ante amice fores
laqueo pependit. alius se p̄cipitauit. e tecto. ne dn̄m stomach-
antē diucius audiret. Alius ne reduceretur a fuga. ferrum
adegit uisceribus. Non putas uirtutē hoc effecturam q̄d mi
nima formido effecit. Ergo cottidie meditare ut possis eq̊
animo uitā relinquere. Pleriq; inter mortis metū & uite
tormenta. miseri fluctuantur. uiuere nolentes mori
nesciunt. Nullū bonū adiuuat habentē nisi ad cuius
amissionē animus ē p̄parat̄. Nulla autē rei facilior amis
sio est quā que desiderari amissa n̄ potest. Ergo ad om̄a
que incidere possunt. & iā potentissimis adhortare te
& indura. Adhuc inte n̄ puericia s; q̄d grauius ē puerilitas
remanet. Hoc q̄dē remanet peius est q̄d auctoritatem
senū habem̄. uicia puerorum. nec puerorum tantū s; & iam in
fanciū. Illi leuia. hi falsa formidant. nos utraq; Prospice
m̊. intelliges quedā ideo minus tim̄da. quia multum
metus afferunt. Nulli potest secura uita c̄tingere. qui de
p̄ducenda nimis cogitat. ¶ De pompei capite pupillus &